

SYSTEMA FIDEI, SE V TRACTAT V S DE CONCILIO VNIVERSALI,

Vbi tām ex Principijs Scholasticis, quām Monumentis veterum: prā-
sertim Magni Orbis Magistri *Augustini*, Quidditas & Potestas
Concilij, cum singulis vel apicibus de hac re desideratis
enucleantur: Diuina Authoritas Scripturarum
& Traditionum declaratur.

FIDEI STRVCTVRA DELINEATVR;
Vbi innumera antiqua examinantur.

DISTINCTIO FVNDAMENTALIVM
ET NON FVNDAMENTALIVM
IN REBUS AD FIDEM SPECTANTIBVS.

DISCVTITVR

*Abstrusiora quadam ex natura Penetralibus exponuntur,
quibus anima humana immortalis afferit.*

SACRVM TRIDENTINVM VINDICATVR.

APPENDIX,

De origine Papatus Romani, & an Petrus & Paulus fuerint simul Papae?
Oportet omnia scripta legere, vt ex omnibus simul, non ex
vnico dumtaxat, iudicium de Authoris Fidei constitui possit.

Athanaf. in Epist. pro Dionys. Episc. Alexandrino.

Authore Reverendo P. F. FRANCISCO DAVENPORTO vulgo
A S A N C T A C L A R A Provincia Anglie FF. Minor. Exministro Provinciali,
olim apud Duacenses Lectore Theologie Primario, nunc verò Serenissima Regina
Magna Britannia à Sacris, &c.

LEODII, Typis IOANNIS TOURNAY Sub signo S. Augustini
Apud Sanctum Dionysium. M. DC. XLVIII.

Superiorum permisso.



AD LECTOREM.

*Det veniam maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cauit natura.*

SEmper etiam recolligat quod rectè docet
Seneca : *Veritas in alto latet, & in pro-*
fundo posita est. Aristoteles etiam contestatur,
quod intellectus noster se habet ad ea quæ
in suâ naturâ manifestissima sunt, sicut ocu-
lus vespertilionis ad lucem Solis ; Si igitur
in his abditissimis veritatibus aliquando mei
caligant oculi, ignoscat Lector, & piè corri-
gat.

Vale.

I E C U H A M B T Z Y S

SYSTEMA FIDEI.

QVÆTIONES PROÆMIALES.

C A P V T I.

*In quo sensu intelligendi sunt Theologi dum investigant,
an Concilia uniuersalia sint infallibilia.*

1. **H**ec quæstio necessariò prius examinanda & soluenda est antequam ad ulteriora procedamus, nam pleraque dependent ab explicatione huius; imò hoc non nosc, & solutionetii reliquorum querere, est aërem verberare, vt rerum connexio demonstrabit. In hac vero expositione, si ne veritati consentanea futura oratio nostra, nimurum ipsa veritis plenè intelligit, vt humiliter Basilius de Opificio hominum apud Nissem cap. 22. Ad clariorem procedendi stylum, aliqua sunt supponenda: sed quia rectè monet Philosophus, Polit. lib. 2. cap. 4. *Suppositiones quidem sunt pro arbitrio facienda, non tamen impossibiles*, cauebimus ne loco rationabilium, impossibilia supponamus.

2. Supponendum primò non posse probari à priori, scilicet à causis intrinsecis, Concilia esse infallibilia (efficiens hic coincidit cum materiali, finis est nimis extrinsecus) si sic: vel à materiâ, vel à formâ, vel potius à composito propter materiam & formam, vt homo dicitur risibilis ex formâ, scilicet propter rationabilitatem: dicitur corruptibilis ex materiâ, scilicet propter corpus quod subiicitur: non à materiâ, seu parte materiali Conciliorum, quæ est, tot homines insimul congregati, nam omnes homines totius mundi quocumque modo vel sensu sumuntur in ratione hominum, sunt fallibles, & in suis iudicijs defectibiles: hoc non indiget probatione, vtique ex ipsâ naturâ hominis, cùm non sit infinita, certò certius demonstrari potest. Nec con-

A

cursus

35

ORBIS NOSTRI BRITANNICI EPAMINONDÆ,
Illustrissimo ac Nobilissimo viro studiorum omnium
MÆCENATI
DOMINO KENELMO DIGBEO
ANGLO EQVITI AVRATO, &c.
Ex parte Serenissimæ Reginæ nostræ
HENRICÆ MARIAE BORBONICÆ,
Apud INNOCENTIVM DECIMVM
Legationem in vrbe agenti.

VIR ILLVSTRISIME, liceat per compen-
dium varios tuæ Magnitudinis titulos, vnico *Epa-*
minōdæ vocabulo exarare: fuit *incertum Vir melior, an Dux*
esset: Iam litterarum studium, jam Philosophiæ doctrina tāta,
ut mirabile videretur, undē tam insignis militiae scientia ho-
mī inter literas nato. Quam graphicè te delineant hæc
eius apud Justinum Hist. l. 6. Encomia, Nemo nescit,
vrbi & orbi quippè innotescis.

Ad te igitur in te perplexâ conuolo, historiolam nar-
ro, quæ hæc est. Dum diutiùs & diligentius intenderem
vetiori & seueriori Agricolationi, candidissimæ à natura
animæ Nobilissimi Viri æterna memoria colédi, Francisci
Windebauri, Regi nostro non adeò pridem à secretis &
Consilijs sanctoribus, de quo inter Senatus & Regni
Consulta militante rectè dicitur illud, quod de Julio Cæ-
sare apud Lucanum lib. 10. Media inter prælia semper
Stellarum Cæli plagis Superisque vacasse,

Vacauit sanè me conscio Superis & supernis veritatibus,

SYSTEMA FIDEI.

tuam, ne homines cum quibus mihi à puericiâ in hominum viâ fuit summa
consensio, in tuo cultu à me dissentire permittas. Amen: utinam certè in eo-
dem spiritus fero re clamare possem quo David: Defectio tenuit me pro pecca-
toribus derelinquentibus legem tuam.

Omnia & singula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Ecclesiarum omnium
Matris & Magistræ censuris, Ordinis etiam mei Prælatis respectiuè
omni qua debo humilitate & obedientiâ submitto. Doctioribus
etiam quibuscumque errores, si quos vel ignoranter vel negligenter
docuerim, ex charitate eluendos expono, & ut rei Catholicæ inte-
grum sit, ut scilicet sarta testa conseruetur (ad quod in toto opere in-
tendi) ut viri docti liberè corrigan, obnixiùs rogo & supplico.

Tu dñe No^ra.

HAEC, Assertionem Originis Diuinæ Summi Pon-
tificatus à R. P. F. FRANCISCO A S. CLARA
Ordinis S. Francisci Provinciæ nostræ Angliæ Patre cō-
positam legi, nihilq; in ea quod Fidei Catholicæ aut mo-
ribus contrarium sit deprehendi: continet verè funda-
menta ex Scripturis & Patribus exprompta, quæ verita-
tem Catholicam aperiunt: Ideò permitto ut adhibitis
ex Concilio Tridentino conditionibus prælo commit-
tatur. Actum Gandaui 25. Nouemb. 1646. In cuius tei
fidem propria mano subscipsi.

F. PETRVS MARCHANT
Commissarius Generalis.